



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De quarta radice restitutionis c. 21.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

cilium nam illas capere in locis  
vbi nidificant, vel intra spatium  
permissum, peccatum est obligans  
ad restitutionem, quod tamen in-  
tellige quando aluntur à suis do-  
minis, nam quando non aluntur,  
& propterea terras deuantant, nec  
ille tali damno satisfacit. licite  
possunt capi.

*De Quarta Radice restitutio-  
nis. Cap. 21.*

**V**ltima restitutionis radix  
iustæ actionis vocatur, qua  
quis mutuo, vel alio licito  
contractu acceptum, restituere tene-  
tur. Quæ quidem obligatio non  
trāsit nisi ad hæredes, & fideiusso-  
res ipsius, cum tamen obligatio re-  
stituendi ratione iniustæ actionis  
ad octo transeat personarum gene-  
ra, quæ in solidum tenentur, scilicet  
ad eum, qui damnum iussit, qui  
quod suo nomine factum est, pro-

bavit,



bauit, secus si tantum factum probauit, quod cum factum est, non fuit factum nomine illius, qui ita consentit, vel consilium aut fauorem dedit, ut fuerit causa actionis totius, secus si non fuerit causa participans, & cooperans, non obstands, cum possit. si tamen ex officio ei non incumbit impedire, peccat quidem, sed non tenetur restituere, sicut nec qui non manifestat. Sed quaeritur an quando ratio dandi & accipiendi est iniusta, ut qui pro homicidio iniuste perpetrando, vel sententia iniusta ferenda accipit aliquid, debeat restituere: & responderetur debere, non quidem domino, quia iustum perdidit male dando, sed pauperibus, secundum Caietanum. Vel dicendum, eum non teneri ad restitutionem ante iudicis condemnationem, uti S. Ant. & Nam. affirmant. sed posse pro se retinere, & hoc probabilius inquit Toletus.